

LIBER PRIMVS

nec omniquaq; naturalia dici possint: nō ab re a puris naturalibus Aristoteles saltū quasi faciens: post mortē & uitam i cōtermino phisici ac medici medio: de langore ac sanitate quoad phisici interest accommodate diseruit. Hac de causa in fine de morte & uita si ibidem est illius libri finis: uel in principio de langore & sanitate. si ibidem liber de sanitate & morbo initiū suū habet recte sic scribit (De uita qdem igitur & morte & de cognatis huius speculatiōis fere dictum est de oibus) dixit autē (fere) quoniā si cognata uitae & mortis ea sola sumantur q̄ a natura sola prodeunt: certe quacūq; huic speculatiōi attinēt iam expedita sunt. Si uero cognata uitae ac mortis ea etiā telligant q̄ nō a sola natura p̄deunt sed arte etiam produci possunt: nō de oibus huic speculatiōi cognatis complete disputatū est. sed p̄ter dicta lāgor ipse & sanitas tractanda sunt. q̄bus expeditis iam medicus ipse suasumat uires. Huic libro respōdent de historiis ea q̄ in octauo post reuiuenscentiā de lāgoribus aīalium satis diffuse tradita sunt. cū scribitur (Fiunt autē aīalia prospere & nō in eisdem temporibus nec i oibus equae exuperantiis. Valitudines enim & morbi p̄ tpa pro generū diuersitate uarie accidūt &c.) De quo langore & sanitate ipse Theophrastus in historiis plantarū. post iuuentutē & senectutē nō post mortem & uitam: ex causa superius dicta: merito egit. Et hęc satis sint de ordine eius q̄ de lāgore ac sanitate dicit. nunc autem sub breui quodam epilogo quacūq; singularim tractata sunt. hic paucis colligam.

Cōpendiosa recapitulatio numeri & ordinis partiū ac particularū totius phisicæ doctrinæ Ari. Cap. XVIII.
 Icimus igit q̄ doctrina phisica quinque partes habet. prima ē de naturæ principiis primis: & iis quæ naturalia fere oīa cōmuniter cōsequunt. & hęc primo tradita est in libro de phisico auditu. Alia pars ē de simplicibus motu locali motis. s. cœlo & elemētis quatuor: cū uia qua fit transitus ad Caduca in quantum talia. de primis agitur in libro de cœlo & mundo. de secundo in libro de generatione & corruptiōe. cuius partis ordo traditus est in principio tertii libri de cœlo & mundo. Tertia pars est demixtis inanimatis. de quibus agitur in libris metheorologicorum. per metheorologica cōphendendo ea ēt quæ lapides & metalla speciali doctrina a quibusdam tradita sunt. Quarta est methodus de aīalibus de qua in quatuordecim agitur libris. In uno de illis. q̄a sunt. s. in libro historiarū. i. tredecim: causas ingrendo i utrisq; tamen eadē: & eodē fere traduntur ordine. s. substantia siue essentia cum suis operationibus propinquis in prima parte. generatio i secūda. uita autē & mors etiam eius cognata i tertia parte. supadditis tandem lāgore & sanitate: puros naturalium limites egredientibus: & ad artificialia aliquatenus attingentibus. Essentiæ ps prior i ordine est materia siue aīalium partes. de qua in libro de p̄tib; i quatuor diuiso uolumina & i libro de partibus ad motum utilibus: qui secūsus ē: agit. post materiam i doctrinæ ordine ē forma. s. aīa. de qua i libro de aīa i tua diuiso agitur. post substantiam operationes aīali propinquæ sequuntur. prima est sensus de qua i libro de sensu & sensibili. secūda memoria de qua. i libro de memoria. Tertia est somnus & uigilia. de quibus i eo qui de somno & uigilia. Quarta est motus de quo i libro de motu. Huic primæ parti de historiis quatuor respondent primi libri. de qua prima pte duo sunt epilogi uniuersales unus i theoria causarum. s. i fine libri de motu. ubi sic scribit (De partibus qdē igitur uniuersalibus aīalium &c.) Alter i historiarum quinto. s. i principio libri epilogo priori correspōdens ubi sic scribit (exposui partes aīalium) generatio est secūda pars q̄ in libro de aīalium generatiōe tradit i quinque diuiso uolumina cui de historiis tres respōdent libri quintus sextus & septimus. de qua secūda parte cū tertia: duo ēt sunt epilogi unus i theoria causarum. s. circa finem tertiæ p̄tis i libro de morte & uita. ubi colligēdo uitam cū generatiōe: cōtinuauit dicens (Quid qdem igitur est generatio & uita & mors & pp̄ quas causas erunt aīalibus dictum ē) cui i principio octauo de historiis respōdet alter epilogus (generatio & reliqua aīalium natura ita se habet actiōes autē & uitæ p̄ moribus uictuq; differūt) Tertia pars. est uita cum morte & sibi cognata. addita sanitate & lāgore. nam cognata uita est longitudo ac breuitatis uite de quibus i eo agitur q̄ de causa longitudinis ac breuitatis uitæ dicit. cognata sunt etiam iuuenus & senectus de quibus secundo tractatur loco i primo libro. Tertiū est inspiratio ac expiratio. de quibus i libro de inspiratiōe. Quarto est mors & uita. de quibus est tractatio i libro de morte & uita qui ultimus est eorū q̄ a sola natura p̄cedūt aīaliū. Quinto ac ultimo ē lāgor & sanitas q̄ sunt operationes non naturæ solius. sed artis quoq;. & ac de cā i cōfinio phisici q̄ naturalia speculat: & medici q̄ ea q̄ a natura scā sunt: licet suffragio artis subministratis: tāq; cōterminæ phisici & medici ponēdæ sunt. cui de historiis ps ea. s. q̄ prior ē octauo libri sibi correspōdet. Quia ps ea ē q̄ de plātis. de q̄ Theophrastus & historiarum & causarum theoriā: Aristotelis tractationē de aīalibus imitādo: diffuse tractauit. Hęc quinque p̄tes uniuersali ordine i principio libri metheororum ordinatæ sunt ab Aristotele. particularū uero harū quinque p̄tiū ordo i superioribus suis locis pp̄riis demonstratus est. Et hęc satis sint de cōpēdio eorū q̄ sup̄ius de numero & ordine p̄tiū ac librorū doctrinæ phisicæ Aristotelis diffuse demonstrata sunt. de plātis. n. q̄ sub quāta cōtinent p̄te. q̄ sequant in doctrinæ ordine ad aīalia: partim in superioribus traditum ē: partim etiam usq; ad sufficientiam in secundo libro. in quo de erroribus disputaturi sumus: clarissime demonstrandum est.

Collectio compendiosa certi ac specificati numeri librorum ac uoluminum doctrinæ phisicæ Aristotelis. & de solutione duarum ambiguitatum. Caput. XVIII.

Ortus phisicæ doctrinæ Ari. librorū numerus ē duo de uiginti quoq; nōnulli i plura distinguūt uolumina ita ut uoluminū oīum numerus sit q̄draginta & nouē: aut quingenta si decimo addiciat ei q̄ ē de historiis. de quo statim disputabimus. Sunt autē hii. de phisico auditu unus. in octo diuisus uolumina. de cœlo & mundo unus: i quatuor. de generatiōe & corruptiōe unus: i duo diuisus. Metheorologia unus: i quatuor distributus uolumina. cui tertio libro nōnullæ aliorū. s. Theophrasti græci: & arabū: & latinorū i particulari magis d̄ inaiatis plene mixtis cōscriptiōes anectēdæ sunt. q̄ oīa sub metheorologia iuxta Aristotelis sententiam senioribus conscientis: cum ab eodem principio fiant: compræhendi debent de historiis unus in nouem diuisus uolumina. aut secundum quosdam in decem. quoniam decimum apposuerunt. dicentes eū fuisse Aristotelis opus. Et hic de

LIBER PRIMVS

historiis liber. de animalibus quia sunt: narrando historiarum: more: nos docet libri autem quae causas eorum: quae in historiis narrata sunt: & plurimum rerum ac particulariori doctrina inquirunt. numero sunt tredecim uiginti duo continentes uolumina quorum libri tres de animalium substantia, uidelicet de partibus animalium unus: in quatuor partibus, de partibus ad motum siue de progressu unus, de anima unus: in tria diuisus, de operationibus uero animalium propriis ac propriis quatuor, scilicet de sensu sensibili unus, de memoria & reminiscetia unus, de somno & uigilia unus, de motu in communi animalium unus. Et ii septem sunt de prima parte quae animalium essentiam: & eorum proprias operationes apprehendit. Secunda pars quae est generatio unum habet librum, scilicet de generatione animalium nuncupatum: in quinque uolumina diuisum. Tertia pars quae est uita cum morte & his cognata quibus continet libros: scilicet de causa longitudinis ac breuitatis uitae est unus, de iuuentute & senectute unus, de inspiratione & respiratione unius, de uita ac morte unus: omnium rerum a sola natura productarum ultimus, de langore & sanitate quae simul a natura & arte procedunt creditur unus, omnium extremus: qui omnes numero, xxxi, libri quadraginta & nouem computatis historiis uolumina uel quinquaginta continentes reperiuntur numero. Nec mireris si rem hanc sub dubio proposuerim, nam apud translationes priores & latios expositores: decem de historiis inueniuntur libri & apud Arabes. Nam in principio de generatione hominis: de ipsius generatione se dictum proponit tam de ea quae in utero quam de ea qua in lucem uenit homo: usque ad senectutem: cum tamen liber iste ibi finiat (Vnde fit ut nomina septimo die imponantur &c.) Huic nono adducit decimum de quibusdam a generatione, usque ad senectutem pertinentia, iuxta promissa, in quo nonnulla de sterilitatis causa ac secundae placentiae ratione matricis ratione feminis ratione molae determinantur: Theodorus Gaza in sua quam nostris temporibus edidit translatione. Decimum hunc fragmenta appellat, non historiis pertinentia cum non sola narratio sit sed in eo causae de rebus propositis inquirantur, quod non est historiae officium. Ait ergo theodorus apponendum esse libro de animalium generatione si Aristotelis sit: opus: quod tamen non fuisse Aristotelis opus putauit, & hac de causa illud minime interpretatus est. Quae fragmenta si caeteris nouem de historiis addantur: decem computabuntur historiarum libri, si uero non erunt nouem hii forte sunt nouem libri quos de animalibus Diogenes Laertius in uita Aristotelis Aristotelem scripsisse dixit. Hic enim liber proprie de animalibus liber dici debet, ut posterioribus demonstrabimus, totum enim quod de animalibus doceri debet: liber hic licet succincte ac in uniuersali narrando: docet. Non lateat etiam nos: quod liber qui, in historiis de hominis generatione agit: tam apud graecos quam latinos quam etiam Arabes in ordine positus est nonus, qui incipit (De hominis generatione tam prima in utero &c.) Sed hoc a Theodoro Gaza & merito in sua nuper nobis tradita interpretatione tanquam uiciatum corrigi, Septimus, non esse debet. Viciatum autem hunc ordinem putauit ab Apelicone theyo, qui ut inquit Strabo plurima Aristoteli de prauauit: erroris autem causa fuit: quoniam in principio quinti historiarum scribitur (Nunc de eo), scilicet homine (Nouissime deserere placet) per (Nouissime) Theius sine intellexit historiarum, quod non est. Sed speculationis de generatione animalium finem intelligere uoluit Aristoteles, cum enim talia loqueretur: de hominis generatione suus erat sermo. Qua de re cum quintus & sextus essent de generatione, septimus de generatione hominis ultimo post aliorum generationem locandus erat. Tractans enim animalium generationem: se eo modo processurum dicit: quo de partibus processerat, uidelicet primo generationes similes ac dissimiles, se tractaturum in genere, de hinc procedere sicuti in eo qui de partibus processum fuerat, hoc excepto quoniam in eo qui de partibus primo de partibus hominis egerat, postea de caeterorum animalium partibus, hic autem inquit Aristoteles e contra generationes animalium caeterorum prius: ultimo post illas: eas quae de hominis generatione se per tractaturum, quippe quoniam de homine plura tractanda erant quam de caeterorum generatione: singulum singulo referendo, & quia caeteris hominis partes magis sunt familiares, Verba ipsius haec sunt (Sunt porro generationes animalium multae ac uariae partim dissimiles, partim quodammodo similes, sed cum genera ante ut res exigit digesserimus: nunc quoque eodem modo tractare temptemus, praeterquam quod initium tunc ab homine: cum de parte ageremus sumendum censuimus: nunc de eo nouissime deserere placet, quoniam plurima ipse de se afferat explicanda). Hoc et patet ex hoc, quod in sexto historiarum parum ante medium: iam ad generationem terrestrium accedens: sic scribitur (Sed de coitu in utero & eiusmodi reliquis caeterorum animalium omnium tum aquatiliu tum uolucrum atque etiam terrestrium quae oua pariunt dictum iam est. Sequitur ut pari modo de his quae in terrestrium genere animalium pariunt: atque et de homine deseramus) Id enim de quo superius dixerat se nouissime tractaturum, scilicet de hominis generatione, hic iam proprius accedens quidnam per illud (nouissime) intellexerit: clare satis demonstrat, dicens (Sequitur ut pari modo de his quae in terrestrium genere animalium pariunt, atque etiam de homine deseramus) Cum, non in principio quinti se nouissime de generatione hominis tractaturum policeretur: cumque parum ante medium sexti libri de plurimorum generatione tractasset: superessetque tractare de genere terrestrium animalium parientium: de quo genere etiam est homo, Ideo cum praedictis: & iuxta ea quae dixerat se: de homine nouissime tractaturum: in hoc loco dicit plura tractasse de ouificantibus tam terrestribus quam uolucris quam etiam aquatilibus, superesse autem de parientibus animalium & de homine deserere. Si enim generationem hominis in ultimis: scilicet nono aut decimo tractaturus esset: profecto in hoc sexto libro talia minime dixisset: quia merito hominis generatio in septimo: post alia terrestria animalium parientia in fine sexti tractata: docenda fuit, in octauo autem de uita & morte & his cognatis simul cum langore & sanitate: quae generationem sequuntur. Nonus de moribus & aliis quibusdam. Et si fragmenta post hominis generationem addere uolueris: tunc septimus & octauus erunt de hominis generatione. Nonus de uita, Decimus pro plura parte de moribus secundum uerum ordinem. Quare cum superius de uita scriptum est in octauo me dixisse inuenieris: si forte fragmenta illa addere uolueris: tunc nonum octauum loco me uoluisse scias, Si uero hominis generatio est cum dictis fragmentis iuxta alias interpretationes locum tenuisse ultimum uolueris: quis abre concessum sit ea tunc quae de uita: in septimo quaeres libro: in octauo mores cum aliis nonnullis, hominis autem generationem in nono, ac decimo reperies uolumine, Quare si liber de historiis decem habuerit uolumina: totus physicae doctrinae Aristotelis uoluminum numerus quinquagenarius inuenietur, aliter quadraginta & nouem patefient uolumina.

LIBER PRIMVS

Si quis autem de superioribus aliquem libris aliter partiri uoluerit: dummodo prefatum ordinem non mutauerit: cum eo nulla est a me habenda contentio. ordinem enim potissime in hoc meo curauimus opusculo. Et haec. post disputatum ordinem ac numerum librorum ac uoluminum physicae doctrinae Aristotelis de numeri certi ac specificati collectione copiosius satis sunt dicta. Nunc de principalioribus dictorum librorum epilogis: quibus & ordo & numerus librorum collectus est dicendum esse uidebitur. quibus expeditis secundi uoluminis in quo de erroribus quorundam disputandum est tractationi dabitur locus.

Compendium modorum & locorum quibus expedita in praefatis libris colliguntur. & tractanda proponuntur. pro sufficienti numero & ordine inueniendo partium ac librorum doctrinae physicae Aristotelis. Caput. XX.

Ordo & numerus in superioribus pertractatus. per maiori parte ex dictis Aristotelis: nunc in principibus librorum suorum: nunc in finibus: nunc in mediis dispositis collectus fuit locis in quibus posterioribus: ex quibus partium dictarum aut librorum suorum sumi potuit conueniens particio. de aliis locis siue locorum dictis particularibus magis: nulla ad praesens sit cura. Dico igitur quod in principio & in fine librorum quatuor solis Aristoteles utitur modis. per principium & finem non solum initium aut libri calcem intelligimus: sed ea quoque quae inter media. intermediorum quoque partem illam appellans primam in qua noua incipit materia. finem quoque appellans ubi aliqua desinit materia. Nam in principibus ac finibus aut solum dicenda proponit: aut solum dicta colligit: aut colligit dicta & proponit dicenda: aut neutrum facit: sed materiam intentam solum persequitur. At si in principio solum persequitur: tunc in anterioribus uno de tribus locis ille disponitur modis. Nam anteriorum locus uel nihil proponit nihilque colligit. & hoc in tribus reperio locis. scilicet in principio de caelo & mundo: in cuius principio materiam persequitur & in fine anterioris. scilicet de physica auditione nec proponit nec colligit. similiter in quarto historiarum circa media exequitur de somno. & in anterioribus neque colligit neque proponit aliquid. In octauo quoque de historiis loquens de reuiuenscentia mox persequitur in principio illius materiae siue tractationis illius: in anterioribus uero neque tractata colligit neque reuiuenscentiam proponit. Vel finis anteriorum solum colligit. Et hoc in duobus reperitur locis. scilicet circa finem quarti de historiis. ubi mox de mare & foemina persequitur. & in anterioribus fine colligit de sensu & somno. similiter in octauo de historiis de lagore mox persequitur: in anterioribus uero solum colligit uel finis anteriorum colligit & proponit. & hoc in libro de morte reperitur in cuius principio mox materiam persequitur in anterioribus uero. scilicet in libro de longitudine ac breuitate uitae & libro de iuuentute & senectute: quod ambo eum qui de morte procedunt. proponit dicenda de uita & morte & colligit prius disputata. Vel in anterioribus solum proponit. scilicet in libro de inspiratione. in cuius principio mox materiam suam persequitur. in anterioribus uero uidelicet in principio de iuuentute & senectute solum proponit. principia igitur solum persequentia materiam anterioribus collata quadrupliciter uariant. & haec in septem reperuntur locis: sicut mox declaratum est. Si uero principia solum proponunt tunc anterioribus comparata quadrupliciter quoque uariant. uno quippe modo. cum in anterioribus nec colligit nec proponit. Altero quando solum colligit. Tertio cum colligit & proponit. Quarto uero quod in anterioribus solum proponit. De primo modo principium de physico auditu computandum est in quo proponitur tractanda in anterioribus uero cum anteriora nulla sint nihil fit. In principio quoque de progressu animalium solum proponit. In anterioribus uero. scilicet in fine de partibus uel fit. dato quod totus epilodus loci illius supradictus fuerit. uno. n. de tribus modis epilodus ille uiciari potuit. De secundo est principium de animalium progressu. in quo dicenda solum proponuntur. in anterioribus uero. scilicet in fine de partibus solum modo colligit. dato quod ea sola pars qua in fine de partibus dicenda proponuntur addita fuerit. De tertio septem reperio loca primus est principium septimi de historiis: ubi solum dicenda proponit. scilicet de generatione hominis. & in anterioribus uidelicet in sexto post medium tractata colligit. & de terrestribus ac hominis generatione se tractaturum proponit. Secundus est principium de generatione & corruptione. ubi dicenda solum proponit in anterioribus uero. scilicet in principio tertii de caelo & mundo dicta colligit. & agendum de generatione & corruptione proponit. Tertius est principium de progressu ubi solum tractanda proponit. in anterioribus uero. scilicet in fine de partibus dicta colligit & dicenda de progressu proponit: posito quod per secundam quae proponitur fuerit uiciata: de hac dictio de progressu. scilicet in generatione mutata. quod inter tres praefatos uiciandi modos magis fuisse credimus. Quartus est liber de anima in cuius principio proponit dicenda de anima. in anterioribus uero. scilicet in fine de progressu dicta colligit & dicenda de anima proponit. Quintus est in eo qui de memoria. in cuius principio solum proponit. in anterioribus uero. scilicet in fine de sensu & sensibili colligit & proponit se de memoria disputaturum. Sextus est liber de somno in cuius initio de somno se tractaturum proponit. & in anterioribus. scilicet in fine eius qui de sensu & sensibili colligit dicta & se de somno tractaturum proponit. Septimus est quoniam in initio eius qui de iuuentute & senectute solum proponit in anterioribus uero scilicet in fine de causa longitudinis ac breuitatis uitae colligit & proponit. Hii sunt igitur modi septem quibus in principio solum proponit. & in anterioribus colligit & proponit. Quare si in principio solum proponit cum anterioribus tripliciter comparet: Hoc in decem reperietur locis. scilicet primo modo duo. in secundo unum. in tertio uero septem attamen cum in hoc tertio idem positus sit ille. scilicet quo principium de animalium progressu anterioribus comparatur: & hoc secundum triplicem deprauationis modum possibile: de quo triplici deprauationis modo possibili quod in ueritate unum solum fuerit uitium quodcumque de illis tribus fuerit: quis tertium magis credamus: ideo de illis tribus duo subtrahi debet. & sic octo tantummodo supererunt. Si autem in principio tantum colligit unus solus de hoc reperietur modus. & in uno loco. ille. scilicet quod in anterioribus nihil reperiat. & hoc in principio octauum de historiis reperitur. ubi de substantia ac generatione animalium colligitur. in anterioribus autem nihil fit. Si uero in principio colligit & proponit tunc anteriora duplici inueniuntur modo. uno cum in anterioribus nec colligit nec proponit. Alio cum in anterioribus solum colligitur. De primo quatuor reperimus loca. primus est quoniam in principio libri meteororum colligit & proponit. in anterioribus uero nihil tale fit. Secundus in principio quinti de historiis ubi colligit & proponit. & in anterioribus nihil. Tertius in secundo de partibus ubi dicta colligit & dicenda proponit. in fine uero historiarum nihil facit. conferendo tamen principium hoc. scilicet secundi de partibus fini libri meteororum.